

## DE SYMBOLO AD CATECHVMENOS

**G**& conuertentur ad dominum vniuersi fines terræ,& adorabunt in conspectu eius vniuersæ patriæ gentium. Ecce elca posita est in vasculo. Si fanus esles & manducare, nunquid ibi remaneres? Et iam non erunt qui exterminentur fame in terra, & iam nō portabunt maledictum gentium. Vere fratres in tātum culmen in nomine Christi erēcta est Ecclesia, vt iam confundantur omnes maledici, nec audeant maledicere. Hoc solum illis remāst, quod contra nos dicant: quare inter vos non consentit? Gētiles Pagani qui remanerunt non habentes quod dicant contra Christiani nomen, diffensionem Christianorum Christianis obijcunt. Ergo quicunque ab hæreticis transeuerunt ad catholicam, non habebunt hoc opprobrium gentium, nec portabunt maledictum diffensionis, quia permanent in radice vnitatis, in plantatione chartatis, non reportabunt maledictum.

C. XVI

**Esa. 5.** Et scient quia ego sum dominus deus eorum, & ipsi populus meus dominus Iraël, dicit dominus deus. Ecce sunt oves, ecce est & vinea. Quomodo quum de vinea loqueretur Esaïas, arguens quandam vineam malam, ne diceret vitis, non intellexi, exposuit in fine dicens,

Vine autem domini faboath, dominus Iraël est: ne dicent, non nobis dictum est, sed vineæ nescio cui.

**H**Sic & hic, quum loquutus eslet de oibus, ad extre-  
mum ne quis dicat, forte sunt aliquæ oves dei nescio  
vbi, quas curat deus, & ego illas non noui, quanquam  
abfurdus est nimis humano sensu qui ista cogitau-  
rit: tamen pastor ille compatiens infirmis vñq ad ta-  
les cogitationes descendit, & quæ essent oves eius a-  
pertissime exposuit. Et vos oves meæ, & oves gregis  
mei homines esis. Sed qui homines? Omnes homi-  
nes? Non. Beatus enim cuius est dominus deus spes

eius: Et, quām bonus deus Iraël rectis corde. Beatus

vir cuius dominus deus est ipius. Super omnes deus  
est: tamen nescio quomodo non facile quicquam au-  
det dicere: Deus meus, nisi qui in eum credit, & qui  
eum diligit, ipse dicit, deus meus: tuum fecisti tibi. cu-  
ius es. Hoc amat ipse, prorsus dulcedine affectus tui,  
& secura, & præfidenti dilectione dic, deus meus. Se-  
curus dicas, verum dicas, quia tuus es, & non fecisti ut  
non sit alterius. Non enim sic dicas, deus meus, quo-  
modo, equus meus. Equus enim tuus es, non alterius equus. Deus & tuus es, & eius qui sic dixenit, deus  
meus, quomodo tu dicas. Singuli dicunt, deus meus  
& deus meus, ille oīm est, cōmūter oīb̄ se ad fruen-  
dum præbēs, in oīb̄ integer, in singulis integer: non

**Psal. 39.** Psal. 72. Et, quām bonus deus Iraël rectis corde. Beatus

vir cuius dominus deus est ipius. Super omnes deus  
est: tamen nescio quomodo non facile quicquam au-  
det dicere: Deus meus, nisi qui in eum credit, & qui  
eum diligit, ipse dicit, deus meus: tuum fecisti tibi. cu-  
ius es. Hoc amat ipse, prorsus dulcedine affectus tui,  
& secura, & præfidenti dilectione dic, deus meus. Se-  
curus dicas, verum dicas, quia tuus es, & non fecisti ut  
non sit alterius. Non enim sic dicas, deus meus, quo-  
modo, equus meus. Equus enim tuus es, non alterius equus. Deus & tuus es, & eius qui sic dixenit, deus  
meus, quomodo tu dicas. Singuli dicunt, deus meus  
& deus meus, ille oīm est, cōmūter oīb̄ se ad fruen-  
dum præbēs, in oīb̄ integer, in singulis integer: non

**I**enim qui dicunt, Deus meus, singuli diuidūt inter se. Si sermo iste quem iacto lingua & sono constante li-  
teris & syllabis, totus ad singulos peruenit, nec diuidūt illum inter se qui audiunt. si sermo ad aures cor-  
poris corporaliter sonans, in propinquο clarius, in lon-  
ginquο languidius, ab omnibus tamen audientibus  
totus excipitur, non inter se syllabatim eum diui-  
dentibus, sed omnibus totum accipientibus: quanto  
magis ille deus vbiique præsens, implens omnia, non  
propinquο clarius, & longinquο languidius, sed per-  
tendens a fine usque ad finem fortiter, & disponens  
omnia suauiter, æqualiter possidetur ab omnib⁹. Lux  
ista fratres mei certe corpore a celo fulget, oritur,  
ô dicit, circumit, de loco in locū mutatur, tamen pro-  
cedunt in ea & diriguntur oculi omnium, & omnium  
oculi pariter eam possident, non eam diuidunt, nul-  
lus in ea diues limitem fixit, nec prior præoccupan-  
do vt videret oculos pauperis aut exclusit aut angu-  
stauit. Dicat pauper, Deus meus: dicat diues, deus  
meus: minus ille habet, plus hic habet, sed argentum  
non deum: vt perueniret ad deum Zachæus diues,  
dedit dimidium patrimonij sui: vt perueniret Petrus,  
retia & nauem dimisit: vt perueniret vidua, duo mi-  
nuta dedit: vt perueniret pauperior, calicem aquæ fri-  
gidæ porrexit: vt perueniret penitus pauper & ege-

nus, solam bonā voluntatem tribuit. Diversa dede- **K**

runt, sed ad vnu peruenierūt: qā nō diuersa amauerūt. Sic & vos hoies oves dei, oves gregis dei, nolite per-  
turbari temporalibus diuersitatibus vestris: quod a-  
lij in honore, alijs sine honore, alijs cū pecunia, alijs præ-  
ter pecuniam, alijs pulchri corpore, alijs minus pulchri,  
alijs aetate fessi, alijs iuuenes, alijs pueri, alijs viri, alijs fo-  
minæ, deus omnibus æqualiter adest. Ille apud eum  
plus habet loci, qui plus attulerit, non argenti, sed fi-  
dei. Et vos, inquit, oves meæ & vos greges mei ho-  
mines esis, & ego deus vester, dicit dominus deus.  
O beatos nos tali possessione, & tali possessoire. Nam  
& possidet nos, vt possideamus illum. Possidet nos,  
vt colat nos, possidemus illum vt colam⁹ illum. Sed  
nos tanquam deum colimus, ille colit tanquam a-  
grum. Ille colit nos vt fructum afferamus, nos eum  
colimus vt fructum demus. T otum ad nos recurrit,  
ille nostri non eget. Dabo, inquit, tibi hæreditatē tu-  
am, & possessionem tuam fines terræ. Ecce possessoio  
eius sumus. Dominus, inquit, pars hæreditatis meæ  
& calicis mei. Ecce possessio nostra est, led tamen qua  
distinzione: vos homines esis, ego domin⁹ deus ve-  
ster, dicit dominus deus noster. Qui viuit & regnat  
deus in secula seculorum, Amen. **L**

Finis.

## DIVI AVRE=

LII AUGUSTINI HIP.  
PONENSIS EPISCOPI,  
De symbolo vel regula fidei ad ca-  
techumenos, Liber Primus.



**C C I P I T E** filii regulam **Caput. I.**  
fidei, quod symbolū dicitur,  
& cum acceperitis, in corde  
scribite, & quotidie dicite a-  
pud vos, antequam dormia-  
tis, antequam procedatis, ve-  
stro symbolo vos munite.  
Symbolum nemo scribit ut  
legi possit, sed ad recēdūt,  
ne forte debeat oblitio quod  
tradidit diligenter, sit vobis codex vestra memoria.  
Quod audituri esis, hoc creditur, & quod credideri-  
tis, hoc etiam lingua redditur. Ait enim Apostolus,  
Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit **Roma. 10**  
ad salutem. Hoc est enim symbolum quod retenturi  
estis & redditur. Ista verba quæ auditis per diuinās  
scripturas (parva sunt, sed inde collecta) & ad vnum  
redacta, ne tardorum hominum memoria laboraret,  
vt omnis homo possit dicere, possit tenere quod cre-  
dit. Nunquid modo auditisi, quia deus omnipotens  
est? Sed incipit eum habere spiritū, quād nati fu-  
ritis per Ecclesiā matrem. Inde ergo iam accepistis,  
meditati estis, & meditati tenuistis, vt dicatis: Credo  
in deum patrem omnipotentē. Deus omnipotēs est:  
& cum sit omnipotens, mori non potest, falli non po-  
test, mentiri non potest, & quod ait Apostolus, ne-  
gare seipsum non potest. Quād multa non potest, &  
omnipotēs est. Et ideo omnipotēs est, quia ista non  
potest: nam si mori posset, nō eset omnipotēs. si men-  
tiri, si falli, si fallere, si inique agere, non eset omnipo-  
tentis: quia si hoc in eo eset, non fuisse dignus qui es-  
et omnipotēs. Prorsus omnipotēs pater noster pec-  
care non potest. Facit quicquid vult, ipsa est omni-  
potētia, facit quicquid bene vult, quicquid iuste vult:  
quicquid autem male fit, non vult. Nemo refutat omni-  
potētia, vt non qđ vult faciat. Ipsa fecit celū & ter-  
ram, mare & omnia quæ in eis sunt, inuisibilia & visi-  
bilia. Inuisibilia, sicut sunt in celis sedes, dominatio-  
nes,